


**Explicatio dicti Ezech. XIV, 9. Et Propheta Cum Erraverit, Et Loquutus Fuerit
Verbum, Ego Dominus Decepi Prophetam Iustum Etc. (uti Vulg. reddit.) Oder Von
den betrügenden Propheten**

Recusa, Vitembergae, 1712

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn842132821>

Druck Freier  Zugang





Fa- 1092(98)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn842132821/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn842132821/phys_0004)

DFG

28

IN NOMINE JESU!

Explicatio dicti Ezech. XIV, -9.

ET PROPHETA
CVMERRAVERIT, ET
LOQVUTUS FUERIT VER-
BUM, EGO DOMINUS DECEPI
PROPHETAM ISTUM ETC.

(uti Vulg. reddit.)

Oder

Von den betrügenden Propheten/

QVAM

PRAESENTE

RECTORE MAGNIFICO,

V I R O

ADM. REVERENDO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO;

DN. VVILHELMO LYSERO,
SS. THEOL. D. ET P.P. CELEBERRIMO, ALV-
MNORVM ELECT. EPHORO MERITISSIMO,

Domino, Praeceptore, ac Patrono suo aetatem
Suspiciendo,

placido examini publico submittit

M. MARTINUS GEIER,

LIPSIENSIS,

Ad d. 7. April. 1637. in Auditorio Majori,
horis matutinis.

VITEMBERGAE, RECUSA ANNO M DCC XII.

34

33.3

31

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21

20

19

18

17

16

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6


5

4

3

2

1



Immanuel!



T sepulcra olim Judaica, licet intus -
omni squalore, ac spurcitie tume-
rent, splendido tamen nitebant te-
ctorio exteriori: ita quoque sem-
per ejusmodi fuit genius non so-
lum Pharisaeis, ut internam cordis
nequitiam exteriori vita honestate
fallaciter decorarent; sed & aliis
quibusvis hæreticis, qui morbidæ suæ cause speciosa hinc
inde conquirebant pallia, non tantum ex sincera antiqui-
tate, ubi Patres secum sentientes mendaciter, ac violenter
in aream protrahebant; sed ex ipso Dei verbo: quod qui-
dem αἰωνίοις isti, καὶ ἀσημίτοις nequitiosε γεθλῶντες ita de-
formabant, ut non inique ab Irenæo L. I. c. 1. comparati
fuerint iis, qui regiæ imaginis compagem, ex selectissimis
gemmais compositam, solvunt, solutasque partes in canis aut
vulpeculæ figuram aptant, vulgo persuadere volentes, esse
hanc eandem imaginem regis, quam primus artifex forma-
vit, propterea, quod ex iisdem gemmis constet. Vel, ut
B. Cheimn. illustrat locum illum Petrinum: (p. i. Ex. C. T.
f. m. 41. a.) Sicut adhibitis tormentis sœpe de innocentibus
habentur quæstiones, ut aliquid aliud, quam res ipsa
se habet, pro affectu torquentium ab illis exprimatur; ita
scripturæ quasi tormenta adhibentur, quibus a genuina
sententia distorqueatur, ut illud nobis loquatur, quod ante
lectionem præsumsimus intelligendum, sicut Hilarius lo-
quitur. Vide hanc in rem plura ap. Vinc. Lirinens. com-
mon. C. 35. 36. seq. Atque hoc ipsum etiam est, quod in ho-
diernis Reformatis, qui in apostolos Christi se transfor-
mant, (ut illi 2. Cor. II, 13.) deprehendimus. Etenim & hi
in crudo illo, de mali causa, dogmate incrustando, non
Patres modo, ipsumque B. Lutherum violenter admodum

Matth. 23.
17.2. Petr. 2.
16.Ezech. 22.
26.

34.
33. 3.
32. 3.
31. 3.
30. 3.
29. 3.
28. 3.
27. 3.
26. 3.
25. 3.
24. 3.
23. 3.
22. 3.
21. 3.
20. 3.
19. 3.
18. 3.
17. 3.
16. 3.
15. 3.
14. 3.
13. 3.
12. 3.
11. 3.
10. 3.
9. 3.
8. 3.
7. 3.
6. 3.
5. 3.
4. 3.
3. 3.
2. 3.
1. 3.

in suam torquent sententiam, sed & sanctissimi Dei verbis propriis nequiter abutuntur. E multis aliis jam sufficiat Paræus, qui pari cum Calvinianis sensu scripturam quoque sacram loquentem in Irenico suo, p. 248. 249. producere allaborat. Et meminit ibidem inter alia dicti quoque Ezechielitici (cap. 14. v. 9.) his verbis: *Quis seduxit prophetas? &c. nonne Deus hæc omnia fecit?* Quæ itaque simplex, ac vera verborum horum sit sententia, placuit nunc in honorem Sanctissimi Patris nostri cœlestis e contextu & concordantiis eruere; ac simul, quantum Calviniano faveant dogmati, attente pensitare. Adesto igitur o Sanctum Numen! nostramque mentem, manum, linguamque ita dirige, ut oraculum hoc propheticum & alia non alio, quam ipsi locuti sunt, sensu accipiamus, iisque in sancti tui nominis gloriam reverenter utamur, Amen.

Hæc autem via esto, quam insistemus: (1.) videbimus dicti hujus Contextum. (2.) Analysin Grammaticam, una cum sensus literalis inquisitione. (3.) Analysin Logicam. (4.) Usus quintuplicem. (5.) Problemata contra potiores hæreses hic incidentia. Esto itaque cum Dœo

I. CONTEXTUS.

I. Non abs re monet B. Franzius, pius ille Wittebergensium Theologus, (uti nominatur a Sixt. ab Amam. consil. de stud. L. Ebr.) in explicatione loci præsentis, (l. de int. Scr. or. 18. p. 245.) pro nativa ejus explicatione quoad antecedentia & consequentia, non sine utilitate horas eum terere, qui priora 21 capita Ezechielis diligentissime coniunxerit, & evolverit. Quod si vero labor hic aliquanto foret contrahendus, saltem cap. 13. & 14. ad vers. usque 11. attente pensitare, opus omnino erit. Ibi enim de ingenio partim (1.) prophetarum, eorumque auditorum, partim etiam (2.) de utrorumque poenis non parum informabimur.

Ezech. II. Caput itaque XIII Ezech. quod spectat, agit illud XIII. de vitiis, poenisque (1.) pseudoprophetarum a v. 1. ad v. 17. (2.) pseudoprophetiarum a v. 17. ad finem.

III.

34
33
32
31
30
29
28
27
26

III. Prophetæ proin ratione (1.) scelerum describuntur (2.) ut mendaces, dicti prophetæ de corde suo (sc. prophetantes;) sequentes spiritum suum, & quæ non viderunt, *v. 2.*
h. e. quæ suggestum non Deus, sed phantasia, humana cogitatio, appetitus, & concupiscentia, (uti Corn. a Lap. addit.) adeoque sunt ~~נְבָלִים~~ stolidi, absque vera sapientia, (Deut. 23. 6.) Epicurei, dicentes in corde suo: Non est Deus: (Psal. 14, 1.) flagitosi, ut Ammon; (2. Sam. 13, 12. 11.) hæc enim est emphasis vocis נְבָל, ut propterea insipientis sit nota. Corn. a Lap. h. l. (cum quo facit & Pradus) eos vocat insipientes, cum posset vocare falsarios; quia erant sacerdotes, quorum honori consulit, dicens, quod ex ignorantia & insipientia, non ex malitia falsa prædicant. Hæc ille. Porro, vanas visiones, mendacesque divinationes venditant pro verbo Dei, istasque pertinaciter stabilire conantur; (*confer. Jer. 8, 8. seq. c. 14, 13. seq. Deut. 18, 10. 2. Reg. 17, 17.*)
(3) Ut fraudulenti seductores, instar vulpium in locis siccis, *v. 4.*
qui latitantes in locis ruinosis insidiantur religioni, & saluti animarum: (Flac. in Clav. & B. Franz. de nat. anim. p. 191.) conf. Cant. 2, 15. Thren. 5, 18. 2. Tim 3, 6. (Piscator. & Polychr. capit hoc de illorum avaritia, ut qui instar famelicæ vulpis inhinent prædæ.) Ad dolos hos pertinet illorum: Pax, pax: quibus graviter decipiunt populum Dei, (*conf. v. 10. & 16.* Jer. 14, 13. c. 23, 17. &c. Atque id ipsum est, parietem infirmum inutili cémento incrustare; de qua phrasí *v. Adag.* *v. 10. seq.* Zehn. p. 654. Glass. I. 5. Philol. p. 388. &c. (γ) Ut negligentes, ac infideles; qui intrepido zelo, satanæ hæresibus, continuisque precibus, iræ Dei se non opposuerunt, in rupturas non ascenderunt, nec septem pro domo Israel obduxerunt, &c. adeoque fuerunt vulpes timidæ in cavernis suis delitescentes; (quomodo vers. 4. huc refert Maldon.) non vero heroes pro reconciliando populo, ut Moses, (*Exod. 32, 33. Psal. 106, 13.*) Paulus, (*Rom. 9, 3.*) & Jeremias; (*c. 7, 16.*) fese interponentes. Alias, quam avari fuerint, quam lascivi, uxores sociorum adulterantes, &c. colligas ex *Jer. 8, 10,* *seq. c. 29, 23. &c.*

v. 3. IV. Egregiis igitur doctoribus hisce indicat Deus (2.) poenas gravissimas, dicendo iis: Væ; minando manum plagarum gravem, exterminationem de cœtu populi Dei; (quod v. 8. 9. Pappus de spirituali deletione e libro vite, seu regno cœlorum, pie exponit, exclusionem vero a patria terra accommodat ad temporalem captivitatis durationem) & tandem v. 11. ad 17. ruinam horribilem muri obducti una cum tectoribus.

V. Hæc de viris, nunc ad prophetissas quoque falsas. Scholiaстes quidem putat, adhuc prophetas, ut effeminate, vocari muliebri nomine, (apud Corn. Lap.) sed nos simpliciter cum Hieron. Theodoreto, Papp. &c. accipimus de fœminis, falso æmulantibus Deborah, Mariam Mosis sororem, Huldam, aliasque prophetissas veras; prout gentibus quoque fuerunt Pythia, & Montanus circumduxit secum duas mulierculas, Priscam & Maximillam, & ipsarum sociam Quintillam. Iis igitur proponuntur a v. 18. ad 20. propria flagitia, & hinc a v. 20. ad fin. promerita supplicia.

VI. Flagitia quod spectat, commune cum Pseudoprophetis habent (1.) mendacium; prophetantes de corde suo, v. 17. (2.) adulatoria seductionem; consuunt pulvilos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad venandum animas &c. quæ verba quidem interpp. capiunt proprie, ut Clarius; Mulierculæ, ait, magica instructæ arte consuebat pulvilos, & sciscitantium viorum inducebant, & pepla, h. e. tenuissimos lineos pannos imponebant capitibus eorum, quod per hæc indumenta apti fierent ad suscipiendum oraculum sacrum &c. Paulo aliter Schol. Græcus, Polychr. & Pradus, qui בְּסִחּוֹת (quod h. tantum l. extat) phylacteria, & מַסְפֵּת amuleta magica reddunt, quæ fuerint bullæ, chartæ &c. quæ collo appensa tutos reddebant contra hostes, gladios, & omnes incursum. Adhuc aliter Calv. & Pisc. qui proprie hæc a fœminis ad figurandam quietem & tranquillitatem gesta esse censem. Alii vero interpp. exponunt metaphorice, (uti tinctum parietem in præced.) ut adulatio h. m. fuerit depicta,

7

picta, quæ similis est pulvillis, qui cum incumbentium caputibus reniti videntur, cedunt & obsecundant, &c. Sic Osiand. Corn. a Lap. Zehn. in adag. sacr. p. 656. &c. Posse tamen **כָּסְתֹּוֹרֶן** cum Förster exponere per operimentum, aut tegumentum, ut ad verbum venandi quadret vers. 20. sicut etiam **מִסְפְּחָה** notat peplum ejusmodi, aut ventrale amplum, capax sex mensurarum hordei, ex Ruth 3. 15. (ibi enim est **מִטְפְּחָה** quod Lexicographi unum cum v. 19. hoc nostro dicunt, mutato ס in ב,) Scelus est nominis vers. 8. 22. Dei prophanatio temeraria, propter pugillum hordei & v. 20, 21, 23. fragmen panis, interficiendo animas non interficiendas, & vivificando non vivificandas &c.)

VII. Supplicia decernuntur (1.) imprecatione Væ, vers. 18. (2.) deceptionis interceptione, quando Deus, adulaciones earum confundens, saniores reddit populum suum, ut amplius non sit præda harum lucricupidarum; non aliter ut multæ myriades animarum ereptæ sunt per B. Lutherum venatori illi Papæ Romano.

VIII. Hactenus de *deceptoribus*, nunc etiam de *Deceptionibus*. Ne etiam quis Deum putet injurium simplici huic plebi, quod tantum indulserit his mendacioquibus; probe ex prophetis noscendus est ejus gentis genius: nempe si vir ventosus & falsus mentiarur; stillabo tibi pro vino; demum is doctor est hujus populi, uti Micha ante annos circiter 150. præ hoc nostro quiritur c. 2. II. Propius accedit Jeremias, fere σύνθεσον huic nostro Ezechieli: Prophetant falso, & sacerdotes dominatum exercent per manus ipsorum, & populus meus amat sic (Jer. 5. 31.) Eadem v. 19. dixit modo noster Ezechiel: Populus meus audiens (magno cum applausu & studio) mendacia, v. 10. extruit parietem, h. e. laborat carnali securitate, &c. imo, saltem ut materiam risus aut cantilenæ arripient, veniunt ad prophetam. (Ezech. 33, 30.) Quid igitur miri, tales validis puniri mendaciis? Sed de hac populi, ducumque ejus malitia, libet nunc audire sequens cap. 14. ad 12. (Subsequentia n. alio spectant,) in quo describitur comminatio certo

certo eventuri excidii tum seniorum populi in Babel captivi; tum Pseudopropharatum inter eos degentium. (Similem huic historiam lege Ezech. c. 20. quæ compunctante sic Alstedio p. 117. thes. chron.) contigit anno post d. 16. Julii, an. m. 3356. Expendenda v. (1.) quærentes, (2.) quæstio, (3.) responsum.

IX. (1.) *Quærentes* describuntur (*a*) a statu; quod fuerint quidam de senioribus Israël, sc. captivi in Babel, ubi & hic noster Ezechiel: Seniores vero vocantur prudentiores illi LXX, a Mose delecti, quiue horum vestigiis postmodum insistebant: *Num. 11. 16.* (uti Senatus quoque a senectute, & Presbyteri in ecclesia inde denominantur. Horum triplicem fuisse ordinem scribit *Sigon. 1. 6. de Rep. Hebr. c. 4.* erant (1.) seniores populi universi, (2.) singularum tribuum, (3.) singularum civitatum. Hoc loco eminentiores populi & primores intelliguntur, qui in ipsa etiam captivitate populum regebant; *Frag. Dan 1. 5.* Tremellius tamen putat hoc cum legatione Sidkijæ venisse in Babyloniam exter. 5. 1. 59. veniunt ad Prophetam, & consident ante eum. Calvinus perplexorum hunc gestum conjicit; sed simplicius referimus ad communem auditorum consuetudinem, quiante doctorem considerant, ut patet non solum ex *N. T. Luc. 10. 39. Act. 1. 22. 3. 1. Cor. 14. 31.* sed & ex ipso Ezechiele, c. 33. 31.

X. (2.) Quæstio vel occasio adventus non additur expresse, C. 20 dicitur, ut quærerent Dominum, sc. per os prophetæ, ibique a Corn. a Lap. notat, quæsivisse eos de successu & exitu belli, quod Nabuchodonosor jam parabat contra Sedekiam. Calvinus putat, quæsivisse eos de prospéro vel tristi eventu captivitatis; & tale quid fuisse colligitur ex responso. Pradius h. J. putat, venisse eos, ut se ab imposito criminis purgarent, cum Ezechiel tam acriter in pseudoprophetas, populique præsides esse invectus.

XI. (3.) Responsum itaque Dei per prophetam nunc incipit vers. 2. ad 12. & concernit (1.) Ezechiem, v. 3. (2.) quærentem populum, a vers. 4. ad 9. (3.) pseudoprophetam, vers. 9. (4.) hunc & populum simul, vers. 10. 11.

XII.

XII. Itaque (1.) Ezechielem informat Deus partim de
quærentium nequitia, partim de suo in hos judicio. Ne-
quitia describitur: Sustulerunt idola sua tuper cor suum,
& scandalum iniquitatis suæ posuerunt contra faciem
suam: Idola & stercora unum apud Ebræos habent nomen,
eo quod non minus offendunt Deum, quam stercus aspectu
& foetore suo nostras nares & oculos, de quibus si lubet,
confer Deut. 18, 9. 29. 27. Lev. 26, 30. 1. Reg. 21, 26. cap. 15, 12. 2. Reg.
21, 22. cap. 23. vers. 24. Jer. 50, 2. Ezech. 20, 78. cap. 23. 27. cap. 30,
13. cap. 64. seq. Speciatim vero in hoc nostro propheta ejus-
modi idola videntur innui, coram quibus effusus sanguis
humanus; ex cap. 20. 31. ubi non est, quod cum RR putes,
pueros saltē per duas exstructas pyras fuisse traductos,
non vero mactatos; (quales producit Seldenus synt. t. c. 6.
de DIs Svr.) sed revera cremati hi sunt, ut patet ex Ezech.
23, 37. cap. 16. 36. cap. 22, 3. 4. Es. 57. 5. & nobiscum etiam
fentit Seldenus l. cit. Cultum ver idolorum horum de-
pingit Ezechiel. c. 8, 10. seq. Hæc igitur attulerunt super cor,
h. e. omnia sua cogitata eo direxerunt, (c. 11. 5.) accurate &
de industria sibi proposuerunt, semper meminerunt; uti
vix phraseos colligere licet ex Es. 46, 8. Jer. 44, 21. Mal. 2.
2. Dan. 1, 8. &c. ut non male vertat aquila: Dedicaverunt ido-
la in corde suo, quasi in altari. Idem dicit Jeremias, c. 17, 1.
Peccatum eorum scriptum fuit stilo ferreo, adamante acu-
tissimo exaratum fuit in tabula cordis eorum &c. Et hic
quoque sensus est sequentis locutionis exegeticæ; scanda-
lum iniquitatis suæ (h. e. idola, quæ ipsis sunt occasio o-
mnis iniquitatis culpæ sc. ac pœniæ; conf. Es. 8, 15. Ezech. 3,
20. c. 7, 19. c. 18, 31. c. 44, 12.) posuerunt contra faciem suam;
(uti Jacob virgas decorticatas ponebat נְכָרֶת e regione pe-
cudum bibentium; Gen. 30, 38.) q. d. animum plene defixe-
runt in idolis, illorum cultum pro fine summoque bono si-
bi constituerunt: (Menoch. & Corn. a Lap. Judicium
porro Dei in hos flagitosos ponitur in hisce: דָאֲדָרֵשׁ בְּחִירֵק הַרְאֹשׁוֹן (Kim. in comm. חַלְפֵין בְּחִירֵק הַרְאֹשׁוֹן אֲוֹרֵת לְהַבָּשׂת) duo Aleph cum Chirek, & prior Infinitivus
B cum

v.3.

34

33

32

31

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21

20

19

18

17

16

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

0

כִּי כָּבֵר עַל חַלְשׁוֹן קָרְיאָה שְׁנִי חַחְיוֹ כָּאֶחָד
 cum cholem, & aleph est loco he, quia difficile juxta hanc linguam,
 proferre duo he immediate) Calvinus, Pisc. Corn. reddunt:
 an putas me serio ab his interrogari? nos eum Luth. Vulg.
 LXX. Osland. &c. exponimus: anne omnino me præberem
 viris hujusmodi inveniendum? uti hoc verb. דָּרְשׁ in
 Niphal h.m. accipitur, Esa. 56, 1. (נְרַשְׂתִּי ultro inventus
 sum, &c.) Ezech. 36. 37. & c. 20, 3. & 31. qui ultimus plane pa-
 rallelus præsentem optime explicabit.

XIII. (2.) Responfio ad quærentem populum testatur
 vers. 4: partim de Dei justitia & sanctitate, dum v. 4. & 5. mina-
 tur impuris hypocritis; partim de ejus misericordia, dum
 eosdem invitat ad poenitentiam sub gravibus poenis v. 6. 7. 8.

XIV. Priorem igitur quod attinet comminationem, ea
 sic se habet: Quicunque Israëlite, idola attollens super cor, &
 offendiculum iniquitatis suæ ponens contra faciem suam,
 venerit ad prophetam: isti ego Jehova respondebo
 (בְּהַפְּרָבָב גָּלְלוּן) in multitudine idol. suor. cuius posterioris
 membra tot fere reperias expositiones, quot interpretes.
 Simplicissime tamen ex coordinatione versus septimi vide-
 tur legendum esse בְּ (quamvis Masor Keri faciant
 בְּאַתְּ וְאַתְּ) venit, absque omni fere cohaesione text⁹, præsertim
 כִּי אַתְּ וְאַתְּ (ut Kimchi in comm. h. l. habet:) quia li-
 teræ אַתְּ facile inter se permuntantur, adeoque hic foret
 sensus: Ego Jehova isti (quærenti) respondebo (vel testa-
 bor) de me (vel pro me; ut בְּעַנְנָה constructum h.m.
 significat Gen. 30. 33.) contra multa idola istius: (ita בְּ
 hoc verbo iterum notat contra; Deut. 5. 20. cap. 19, 16. & 18.
 vers. 5. 2. Sam. 1. 26. Esa. 59. 12. Jer. 14. 7. peccata testantur
 בְּנֵי contra nos.) Responfio vero hæc non erit benigna aut oralis,
 sed realis; h. m. ut capiatur domus Israël in corde suo
 (conf. Psal. 10, 2. Ezech. 21, 28. 29. Jer. 38. 29.) eo quod recesse-
 runt a me ad idola sua cuncti.

XV. Sequitur nunc ad poenitentiam invitatio: rever-
 vers. 6. timini, (ut adultera Jer. 3, 12. 13.) & avertite ab idolis vestris
 & ab omnibus abominationibus vestris avertite, (inquam,
 uti

¶ II. ¶

uti talis Pleonasmus *Os. 1.*, *2.* &c.) facies vestras, quia unus quisque de domo Israel aut de profelytis, qui alienatus fuerit *vers. 2.* a me (*conf. Es. 1.*, *4.* *Os. 9.* *10.* & elevaverit idola sua &c. isti ego Jehova testabor de me, (scil. realiter; per mea flagella, non per os prophetæ) & ponam faciem meam contra vi- rum hunc &c.

II. ANALYSIS GRAMMATICA

Una cum veri sensus inquisitione.

XVI. Vidimus hactenus nequitiam populi; nunc demum sequitur locus noster de propheta. Ante omnia vero sequimur monitum Augustini. *Utile est, varias translationes conferre, unam familiarem retinere, ut ex ipsa collisione multarum uberior veritatis lux appareat.*

והנבי כִּי יִפְצַח וְרָבֵר דְּכָר אֲנֵי רֹא פָתִיתִי אֶת
הַגְּבוּב הַחוֹא וְנִתְיוֹתָא תְּרוּ עַלְיוֹן וְגוֹן: *Ebre.*

ונבֵיא אֲרוֹן יִשְׁעֵי וְיִמְלָל פְּתַחְמָא אֲנֵא נְרֹא אַטְעֵי לְאֵי
זֹה נִבְיא הַחוֹא וְאַרְוֵם יְהֹה מִתְחַדֵּת גְּבוּרָתִי עַלְוָהוֹ וְאַשְׁצָנָה
Chal. מִנוּ עַפְיוֹשָׁרָאֵל:

Cujus Chaldaica translationis hæc habetur latina versio in Opere Regio: *Et propheta cum erraverit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus errare prophetam illum feci, & levabo plangam potentia mea super eum, & disperdam eum de medio, &c.*

LXX. Καὶ ὁ προφήτης, ἐάν πλανηθῇ, καὶ λαλήσῃ λόγου, ἐγὼ
κύριος πεπλάνηται τὸν προφήτην ἔκεινον καὶ ἔκτενω ἐτενῶ &c.

Vulg. *Et propheta cum erraverit, (Vatapl. Pagn. Ariasm. Munst.
cum seductus fuerit,) & loquuntus fuerit verbum; ego Dominus de-
cepisti, (Vatapl. Pagn. Ariasm. Munst. seduxi) prophetam illum, & ex-
tendam &c.*

Jun. & Tremell. *Ipse autem propheta cum pellectus fuerit,
ut eloquatur verbum, ego Jehova pellexero prophetam ipsum: &
extendens manum meam contra ipsum, perdam ipsum &c.*

Pisc. *Ad prophetam autem quod attinet, cum is persuadere
passus fuerit se, & elocutus fuerit aliquid; ego Jehova persuaserò
illi, & extendam manum &c.*

B. 2

Pisc.

Pisc. Wenn aber ein Prophet sich überreden lässt also
daß er etwas Weissaget: so hab ich der Herr denselben Propheten
überredet und will meine Hand wieder ihn aussstrecken.

Luth. Wo aber ein betrogner Prophet etwas redet / den
will ich der Herr wiederum lassen betrogen werden / und will
meine Hand über ihn aussstrecken / und ihn aus meinem Volk
Israel retten.

Sequitur nunc textus.

XVII. זָהָגְבִיָּא & propheta LXX. Vulg. &c reddunt
copulam (נ) per (&) commodius vero Luth. Junius, &
Pisc. accipiunt pro advers. (autem;) ut hæc ejus significa-
tio alibi quoque obvia; Gen. 3. 2. Ef. 29. 13, quod Matth.
25. 8. redditur per δέ) Piscator præterea Nominativum hunc
capit absolute, ut vim integri membra absolvat, de quo
certum quid postmodum prædicetur, h. m. ad prophetam
autem quod attinet: qui ideotismus alias in sacris non in-
frequens, ut Ef. 11. 10. Os. 12. 7. Actor. 40. &c. vid. Glaff. l. 3.
Phil. p. 91. Præfigitur etiam huic Nomini (נ) emphat. ut
evocetur quasi pseudopropheta iste, cuius descriptio c.
13. antecessit. Et sic communiter de falso propheta expo-
nunt interpretes, Menochius addit: nam verus non errat:
Emanuel Sa: qui putatur propheta. Alias nomen hoc pro-
prie tribuitur illi, qui peculiari illuminatione divina aper-
tit arcana, & futura potest prædicere; quod donum Ebrei
peculiariter dicunt נָבוֹאָרֶךְ & distinguunt a רָוחַ הַקּוֹרֵשׁ,
quod hic hominem vigilarem invadat, ut Davidem &c.
illa autem (propheta) dormienti vel extra se rapto reve-
letur; v. Fabric. part. Cod. heb. c. 12. & Schind. Lex. f. 1058.)
De quinque patefactionum divinarum generibus vid. etiam.
Glaff. l. 1. Phil. p. 248. Nos autem h. l. ut supra dictum, ta-
lem illuminatum virum non intelligimus, sed ejusmodi,
qui descriptus a nobis §. 3. seq. & ab Hieron. συνωνύμως
propheta appellatur. Quippe scriptura saepe usurpat no-
minis

mina per Catachresin vulgo rebus imposita, non merito suo debita, ut *Luc.* 2. 48. *Tit.* 1, 12. (quomodo Pradus observat ad *Ezech.* 13. 1.)

XVIII. פִּי quando; Conjunctio alias causalis (quia) fit h. I. Adverbium temporis indeterminati; (quum, quando) ut *Gen.* 4, 12. *Exod.* 7. 9. &c.

XIX. יְפַתָּה seductus fuerit: verbum descendit a R. פַתָּה (hinc gr. πάθω & ἀπατῶ quam Forsterus dicit usurpari de sermone venusto, & eleganti & abblamente, quo quis ad aliquem subito pellicitur, ac in voluntatem seu animi sententiam pértrahitur. Estque verbum μέσον tam in bonam, quam in malam partem. Atque ut certi hac de re esse possimus, age, examinabimus hæc per concordanties: Dicit vero R. Nathan, radicis hujus significationem esse נֶמֶת וְרֹסֶת אוֹ הַסְתָּה אוֹ נְמֻחָות וְסְכָלָות in inclinationis & recessionis, aut seductionis, aut præcipitantiæ ac stultitiae. Quinques occurrit in Kal. *Deut.* 11. 16. & *Johann.* 31. 27. (in Futuro II. pelle-
ctum est cor meum) *Joh.* 5, 2. (מֵת ubi flexibilem ac per-
fusibilem notat, & reciprocatur cum אֲוִיל) *Prov.* 20, 19.
(idem הַסְתָּה plerumque exponitur active per adulatorem;
a Buxt. tamen non incommodè seducibilis redditur, qu.
cujus labia facile queant explorari) *Osi.* 7, 11. (פַתָּה co-
lumba stupida, seducta, credula;) in quibus locis singulis
videtur passivam habere significationem; pellici, decipi in-
star columbae credulæ &c. In Niphail bis positum reperi-
tur; *Joh.* 31. 9. (si pellectum est cor meum super mulie-
re; & *Jer.* 20. 7. (pellexisti me & pellectus sum;) Porro in
Piel decies septies iteratum insignem abblamentemque *Piel.*
notat perversionem aut seductionem, ut cum juvenes puel-
lam ad rem secum habendam allicit; *Exod.* 22, 16. aut Amasia
compositis verbis decipit Simsonem: *Judic.* 14. 16. (conf.
vers. 17.) &c. 16. 5. quomodo etiam Deus adulteram synago-
gam iterum se dicit a lecturum *Osi.* 2, 14. idemque Jeremiam
ad grave onus propheticum pellexit; *Jer.* 20, 7. aut quo-
modo nequitiosi alios solent splendidis promissis allicere

ad consortium, *Prov. 1, 10. C. 16, 29.* ita Abner ejusmodi insidiosæ seductionis incusatur. *2. Sam. 3, 25.* & populus fallax Israël ob hypocrisim. *Pf. 78, 36.* Denique de malo spiritu deceptore Pseudoprophetarum sexies usurpatur, *1. Reg. 22, 20, 21, 22.* & *2. Chron. 18, 19, 20, 21.* Addatur his nostrum **פָתִיתִי וְהַפְתָּתוֹתִי** & num induces labii tuis quemquam? sc. ut sit

Pual. falsus testis: uti exponit Mercerus. Tandem in *Pual* tribus saltem extat locis *Prov. 25, 15.* (longanimitate pellicitur (lenietur, Hieron.) princeps, & lingua mollis frangit osseum) *Jer. 20, 10.* (ubi insidiatores dicunt: Fortasse persuadetur, & prævalebitus ei, sc. blanditiis & fallaciis nostris ad mali aliquid agendum,) & tandem hoc loco nostro Ezechielitico: (quando propheta sibi persuaderi passus fuerit.) Observant alias Ebræi, conjugatione *Pual* significari passionem non commemorato agente, adeoque causam hanc agentem alibi esse quærendam; (*conf. Glass. 1, 3. Phil. p. 301.*) quod certe hic non incongrue videtur quadrare, atque sic persuationis efficiens non esset Deus; sed causa hujus erroris aliunde erit accersenda. Nempe si talis male feriatus doctor induc se patiatur vel sollicitationibus scolorum hominum, (qui de futuris erant curiosi,) vel propriæ avaritiæ ac ambitionis stimulis; (ut prædictionibus hisce vel fructum panis, vel vanam gloriolam, aut etiam applausum tali obsequiosa assentatione captare possit; (*conf. Jer. 8, 10. cap. 23, 13. seq. Esa. 28, 7. &c.*) vel Satanæ etiam insidiosis ac clandestinis machinationibus; (de hoc n. proprie accipitur hac in materia verbum **פֶרֶח** *1. Reg. 22, 22.*) si, inquam, talis propheta hiscmodi se patiatur induci, ut loquatur verbum; tunc ego Deus vicissim, alio tamen modo seducam hujusmodi &c.

XX. **דָבָר וְרָבֵר דָבָר** & locutus fuerit verbum, sc. **שָׁגֵן אֲמֵת** (ut addit. Rasche h. l.) quod non est verum, de quo iamduum præmonuerat Deus providus, *Deut. 18, 20. seq.* si Propheta **נָזֵר** arrogavit sibi, loqui verbum in nomine meo (ubi eadem verba atque h. l.) quod ego non præcapi

cepi ipsum loqui, aut qui locutus fuerit aliorum deorum nomine, &c. Eadem quoque hac in materia phrasis *Jer. 29.* 23. locuti sunt verbum in nomine meo falso, quod non præcepeream eis, &c. sc. ad voluntatem & placitum sciscitantium.

XXI. **אָנָי יְהוָה פֶּרַחֲיוֹ** Verba hæc interpp. plerique (excepto B. Luthero & Luca Osandro,) reddunt in præterito: Ego Dominus decepi, seduxi, errare feci, &c. quamvis postmodum explicatione non convenient. Aliqui enim (dicente Corn. a Lap. & Maldonato) exponunt hoc modo; declaravi esse deceptum, quorsum referunt fortasse R. Saadiam, quem Kimchi in comm. h. l. ita reddidisse scribit: **בָּרוּתִי גָּלוּתִי עַלְיוֹן שְׁחוֹא פֶּתַחַת** declaravi & revelavi de hoc, quod ipse seductus. Videtur tamen, Saadiam hunc respexisse ad futurum: declarabo & revelabo &c. quomodo contextui bene quadrabunt hæc ipsa. Tribuit præterea Maldonatus R. Salomoni & Kimchio, ac si illud *decepi* exponant; aperui occultum ejus peccatum præter ipsius opinionem: verum an hæc mens sit verborum *Rasche*; (**פֶּתַחַתִּי לְךָ פָּתַח לְאֵישׁ שִׁירְצָה וּמְבָאָזִי שְׁלֹמָה בָּא לִוְטָמָא**) dispiciant erudit. De Kimchio mox videbimus. 2. Alii (ut *Calv. l. 1. Inst. c. 18 §. 3.* Münsterus, Polanus, Tremell. in comm. Paræus in thes. Bibl. h. l. &c.) exponunt de motu mentis seu animi per actionem Dei immediatam; dicitque Calvinus in comm. h. l. sub finem fere: DEO autore spargi omnes imposturas; quoniam satan verbulum unum nunquam proferet, nisi jussus fuerit a DEO; mox: DEUS mendacium posuit in ore prophetarum, i. e. suggestit omnibus prophetis mendacium, & quæ dura habet alia. Tremell. ait: Effecero, ut iste perfidus & nequam pelliciatur ipsis muneribus donariisque consulentium. Alii (ut B. Franz. int. Sc. S. or. 18.) seduxi exponunt: evacuavi, stolidum facio, inanem faciam, privo spiritu prædicendi, &c. atque sic privatim quoque B. Trostius, Præceptor olim meus exoptatissimus, ex Kimchio id declarabat, cuius hæc sunt verba: **חַדְחָוֹת הַעֲוֹת וּחַדְחָוֹת הַכְּפָרָה** nuda-

nudatio , evacuatio spiritus desiderii , (h. e. propheticis ;) & post pauca : זה הענו נכיאו דשקר שהוו מתראים בנכואה והאל העיר חפצם בזה כדרי להוציא שקריה ופוחות ובבא להם העונש מאת ראל וחבור יצורקי בני ארם עליהם חרוי . h. e. hæc conditio pseudoprophetarum , qui gloriabantur de prophetia ; sed DEUS evakuavit desiderium ipsorum , propterea , ut nota ficeret mendacia eorum & animi levitatem ; & quando veniet illis multa a Domino , justum prædicabunt filii hominum super eos judicium . Cum hac vero evaucatione aut subtractione conferebat præterea dictus B. Trostius Ezech. 13. cap. 7. 26. Jer. 23. 16. seq. cap. 5. 31. cap. 8. u. cap. 14. 13. seq. cap. 27. 8. cap. 29. 31.

XXII. Communiter vero hoc Decepi solet exponi per. Permisit decipi , a diabolo sc. &c. & eleganter scribit Theodoreetus in h. l. Non secundum efficaciam ait se prophetam in errorem inductum ire , sed secundum permissionem , h.e. cum possim ipsius mendacium statim redarguere ; sustineo , & diuina lenitate usus permitto , ut dolo utatur , quem voluntate , non autem necessitate exercet . In hanc rem facit etiam Scholiaastes , a Prado h. l. adductus ; decipi eum , non quasi hoc DEUS cogat , sed quia supplicii simulatione & magna longanimitate in eo condemnando usus est . Simile iis , quæ dicuntur in Exodo : Ego indurabo Pharaonem ; et enim quia non statim repentinam illi damnationem inflixit , sed paulatim illum correxit , durior ejus voluntas efficiebatur , &c. Hieron. in comm. rem declarat ex historia prophetarum Achabi , Jobi & Balaami , ubi Satanæ absque concessione divina nihil omnino licitam . Causam vero , cur DEUS sibi tribuat hanc deceptionem , (decepi ; non , decipi permisi dicens ;) addit , ne scil . hoc reputetur pseudoprophetarum fortitudini ; sed quod DEI viæ sit , hos ipsos adeo in populo incredulo prævalere . Corn. a Lap. tres hujus locutionis addit causas ad Calvinianorum castra appropinquans : (1.) quia permisso in DEO est actio , positivum sc. decretum , sine quo nihil omnino fieri potest .

test. (1.) quia permisso in DEO est certa, & efficax, non aliter, ut dimissio canis venatici in leporem &c. (2.) quia id DEus facit in poenam praecedentis peccati &c. Similia habent Em. Sa. Menoch. Maldon. Pradus. Rectius magnus noster B. Chemn. t. 1. LL. de Causa pecc. Cap. IV. n. 7. de hoc loco ait: Quia diabolus nihil potest, nisi Deo permittere, ideo dicere Deum: ego decepi eum; ut agnoscamus, falsos prophetas esse poenam contemtus, contumaciæ & ingratitudinis erga veritatem. Adeoque orthodoxi communiter exponunt, deceptionem hanc fieri mediante dia- bolo, permittente tamen, & ratione finis, ordinante Deo, non per immisionem motus mali, sed per omissionem, & subtractionem motus boni. Conf. Damasc. l. 4. Orthod. Fid. c. 20. & Hieron. comm. h. l.

XXIII. Quanquam vero expositio hæc pia satis, ac analogiæ fidei nullatenus sit adversa; attamen si tum indolem Linguæ S. stylique prophetici, tum contextum attendamus, videtur sane B. Lutheri versio, (quæ ut alibi, ita h. quoque l. vicesexplet commentarii;) proxime ad mentem prophetæ accedere, quando Præteritum hoc reddit in Futuro: den will der Herr wiederum lassen betrogen werden.

XXIV. Etenim quod (1.) indolem Linguæ S. concernit, notissimum est, sepe Præteritum absolute ponit pro Futuro: præsertim vero prophetis hoc est fere perpetuum, ut in denunciandis futuris poenis aut bonis, libentius, ut & significantius utantur forma loquendi in Præterito, quam in Futuro. Testis esto vel unus passionalis Psal. XXII. & Esaiæ cap. 53. &c. ut propterea Rasche ad Es. 42, 16. בְּלֹשׁוֹנָה לַרְבָּר עַל הָעִיר כְּאֵלֶּוּ עָשָׂו h. e. (juxta Ambrosii verba L. I. de Fide c. 7. hæc consuetudo est prophetiæ, ut quæ futura, vel quasi facta dicantur. Sic & Augustinus L. XVII. de C. D. c. 18. More solito tanquam præterita narrantur, quæ futura prophetabantur. Idemque exemplis hoc declarat ad Psal. 3. & l. 2. de sermone Domini in monte. Conserpias nervosasque hac de re cogitationes B. Franzii, int. Ser. S. or. 47. p. 459.

XXV. His præsuppositis adjunge nunc (2.) contextus sedulam excussionem, & quomodo membra ejus inter se cohærent, libentius, spero, B. nostri Lutheri versionem, quam aliorum, sequeris. Certum est, Deum hoc versu nono seorsim agere cum pœudopropheta, eique poenas promeritas indicare, postquam easdem in antecedentibus proposuerat quoque ipsius pravis auditoribus. Causam vero, cur ita manum suam duram velit in hunc doctorem extendere, eumque delere; itidem præponit; quia sc. passus fuerat, se a sciscitantium, propriæ carnis, diabolique blanditiis seduci, in hoc, ut mendax verbum vel vaticinium sub nomine Dei proferret. Quæ vero nunc foret cohærentia vel illatio: Ego te deceptum fœverissime puniam, ratio; quia permisi te seduci? adeoque duo saltē nos putamus hic proponi; primo paniendi causam seu culpam, in hisce: Quando propheta seductus fuerit, & locutus fuerit verbum, sc. mendax: secundo promeritam pœnam, in his: Ego Jehova (iterum) seducam hunc ipsum prophetam, & expandam &c. ut ita Dei, tanquam iusti vindicis, sermo ex abrupto quasi sequatur mendax illud vaticinium, cui vicissim reciprocā, eamque certam (ut jam præteritam) deceptionem aliam minatur, juxta illud Psalimi; (18. 28.) cum perverso perversus eris; h. e. cum contemtore veritatis & puritatis agis perverse, trahendo eum in reprobum sensum, linquendo satanæ, malisque hujus & futuri seculi graviter multando. (conf. Lev. 26. 27. Es. 1. v. 24. Ezech. 5. 13. &c.) Prout igitur Deus alias impios quosque hostes suos dicitur ridere & subsannare, (Psal. 1. 4. & 37. 12. 13. Prov. 1. 26. & 34.) iisdem tanquam feris aut draconibus hatum injicere, ac circulum in naribus ponere; 2. Reg. 19. 29. Es. 37. 29.) ita & h. l. Deus videtur uti ejusmodi simili ab aucupibus desunto, quomodo radix **הַר** de columba seducta aut credula usurpatur, Of. 7. II. ac si voluisset dicere: Si itaque ejusmodi pœudopropheta adeo securus, incautus ac imprudens fuerit, ut a blanditiis populi, vel lucello aliquo, aut etiam satana patiatur se eo seduci, ut absque meo jussu, ex

-pro

propria phantasia, studio placendi aut lucrandi, proponat
 vaticinia mendacia, atque his ipsis seducat etiam alios: tunc
 & ego Jehovah talem seductorem vicissim seducam instar
 avis secure jam granulis prope retia vescentem, sibique in
 mendaciis suis valde placentem; ita scil. seducam, ut ex-
 tensa mea manu vindice extirpem eum penitus de populo
 suo, (vel, ut *Luc. Osland. cum Luth.* exponit: Efficiam, ut con-
 fundatur. Non enim respondebit eventus pollicitationibus
 illius spem propriam aliisque factam frustrabo. Huc Maldo-
 natus, qui sic etiam putat reddi posse: Affeci eum pœna,
 quam non sperabat.) Et pro hac explicatione nostra fa-
 cere etiam posset, quod alias, si hoc פָתַח reddatur in Præ-
 terito, Deoque adscribatur, tanquam aliquod pœnam ante-
 cedens; hac ratione idem actus tribueretur Deo, qui tamen
 proprius est satanae; *I. Reg.* 22. 22. Item, quia apud
 omnes accipitur pro Futuro, ideo necesse etiam esset, præ-
 cedere aliquod Futurum, cum (1) Præterito præpositum
 tum demum illum mutet in significationem Futuri, cum Fu-
 turum præcesserit; (*Gram. Trost.* p. 27. n. 10.) illud itaque
 Futurum præcedens erit פָתַח (seducam.) Verum suffi-
 cient antecedentia, pergimus ad seq.

XXVI. וְנִתְחַזֵּה אֶת יְהוָה & extendam manum meam con-
 tra eum: h. e. graves plagas ipsis infligam, conf. de hac phraſi
 exprimente quasi gestum Dei ex ira percutientis *Job.* 23, 2.
Exod. 7, 5. *Ez. 5, 25.* *Jer.* 6, 12. *Ezech.* 16, 27. *cap. 25, 7.* *Zeph.* 1, 4.
cap. 2, 13. ita Chaldaeus h. l. levabo plagam potentiae meæ &c.

XXVII. כְּהַשְׁמַרְתָּנוּ & perdam illum de medio populi
 mei, h. e. ita exterminabo memoriam ejus, ut nihil plane
 maneat reliquum. Conf. de hac voce *Ez. 14, 23.* Everram eam
 everriculo perditionis,) *Deut.* 9, 8. 19. 25. *Esth.* 3, 6. &c. huc
I. Cor. 5, 2. (ut tolletur e medio vestrum facinorosus.) Pradus
 exponit; Exterminabo eum, adversa sc. morte de medio
 (interpopulares) sublatum. Atque in hac pœna denun-
 cianda pergit etiam vers. seq. 19. & portabunt peccatum
 suum, (uterque sc. & consulens & consultus, instar gravis
 cuiusdam ponderis, prementur suppicio,) juxta iniqui-

eatem interrogantis, si iniquitas prophetæ erit; (h. e. una eademque utriusque & culpa & pœna erit; quam exactam convenientiam infert geminata partic. [5] juxta p. 124. n. 3. *Gram. Trost.*) h. e. cœcus uterque, & ducens & ductus, & docens & doctus, cadant in foveam, (*Matth. 15, 14.*) Anneclitur denique *vers. 11.* fructus hujus judicii, partim negativus; ut non erret ultra dominus Israel a me, nec polluatur in universis prævaricationibus suis, (h. e. ut tanquam liberi, alios ob divagationem immundiciemve castigari videntes, vel ipsi quoque castigati, discant mercari cautius, domique apud patrem (non idola ad pseudoprophetas) in puritate animæ libertius inhæreant) sed ut sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum.

III. ANALYSIS LOGICA.

XXVIII. Ex precedente *l. 24.* facile jam patet, quomodo versus hic noster nonus sit secundus. Duo scilicet proponuntur hic nobis; (1.) pseudoprophetæ culpa, (2.) ejusdem pœna. Illa quidem bina iterum involvit; antecedens, nempe viri hujus fatuitatem ac negligentiam impiam, (ut seduci se patiatur partim a principio interno, carnis avaræ, ambitione &c. partim ab instinctu externo, sciscitantium sc. ac satanæ sollicitationib;) consequens, promtum mendacioquium; (& locutus fuerit verbum.) Hæc de reo, nunc de judge pœnam infligente, Deo: *Fa* vero pœna per tres quasi gradus ascendit: (1.) est traditio in reprobum sensum, (decipiam eum), sc. secure sibi placentem reti meo tegam,) (2.) plagarum inflictio, extendam manum meam) (3.) totalis extirpatio: (delebo eum de medio populi mei *lfr.*)

IV. USUS HUIUS DICTI.

XXIX. Ut omnis scriptura in genere finem suum nondum erat assecuta, quando vel mille aliquot homines in deserto alibive vagantes informaverat de voluntate & essentia Dei, sed quæcunque scripta sunt, in nostram etiam, qui

qui nunc vivimus, doctrinam præscripta sunt: (Rom. 15.
4.) ita quoque non satisfactum erit præsenti loco, si vi-
derimus, quæ Dei de pseudoprophetis fuerit sententia tem-
pore Ezechielis; sed & nobis inde quintuplex iste fru-
ctus erit decerpens, quem Paulus indigitat, 2. Tim. 3.16.
&. Rom. 15. 4. quorum bini (doctrina & redargutio,) sunt
quasi theoretici, circa articulos fidei occupati; bini vero
(admonitio & correctio) praxin concernunt, charitatis
sc. ac pietatis officia, ultimus tandem ad spem solidandam
faciens, est consolatio: v. Flac. p. 2. Cl. f. 107. seq. Nos bre-
viter digito quasi summa in singulis capita saltem designa-
bimus.

XXX. DOCTRINA. Falsos doctores Deus non facit, *quinam*?
fieri tamen juste permittit. Falsi qui sint, demonstrant
(1.) vocationis defectus, ut primus seductor serpens accessit,
ejusque post assēchā omnes, Jer. 23. 21. 2. Tim. 3. 6. (2.) anti-
qui ordinis neglectus, ut plerumque a novis ceremoniis
ordiri hæreticos fuerit observatum. (3.) doctrinæ impuri-
tas, a verbo Dei hinc inde deflectens, vid. 6. 3. (4.) externa
vitæ, linguæ, &c. speciositas, quando cum diabolo scripturam
quoque allegant, ovinis pellibus se tegunt &c. conf. Matth. 24,
24. Marc. 13. 21. Act. 20. 29. Col. 2. 8. 1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1. (5.) lupina ra-
pacitas, scripturam e manibus, fidem ex corde, opes e cista,
animam e paradiſo eripiens, Hos vero cur DEUS non
subito cum Koreh deglutiri facit, sed serpere subinde con-
cedit? fit illud (1.) ob veritatis declarationem; ut per ejusmo-
di ventilationes paleæ a tritico diffiliant, & lumina ecclesiæ
(doctores) emunctoriis aureis (hæreticis) purgata fulgeant
clarius. Hinc post Arii certamina articulus de S. Trinitate,
post Huberi, articulus de Prædestinatione &c. clarus sunt
elucidati. (2.) ob falsitatis odium, ut cognito hoc veneno eo
magis amemus sanum cibum, Deoque gratias agamus. (3.)
ob piorum probationem, ceu militis in prælio, pomì So-
domitici in attritione, seminis in æstu, Dext. 13. 3. 1. Cor.
11. 9. (4.) ob pigrorum excitationem; ut verbum Dei penitus
introspiciant, veterno excusso, &c. (5.) ob malorum pœnam
C 3 &

Heretici

Cur?

Unde? & separationem, ut postquam veritatem ducemque Deum sequi noluerunt, sectentur nunc valida satanæ mendacia, in perniciem ac præcipitia ducentia; 2. *Theff.* 2, 10. *Amos.* 8, n. &c. *conf.* 9. 8. Quanquam veneno juste puniatur verbi nausea, non tamen dicendum est, errores hos tacite ingenerari (1.) a Deo: qui sane omnes ad veritatis agnitionem venire vult: (1. *Tim.* 2, 4.) Ne itaque dixeris; defeci impulsu Domini; nam quæ ille odit, tu non debes facere. Ne dicas; ipse me induxit in errorem: neque enim improbo viro ei opus est, (sunt verba *Sirac.* 15. II. seq. sic *Jacob.* 1, 13. 14.) Sed esse zizania hæc (2.) a diabolo, tanquam patre omnis mendacii, (*Job.* 8, 44. 1. *Tim.* 4, 1. *Math.* 13, 25.) hic seducit totum mundum, (*Apoc.* 12, 9, 12.) & sic Spiritus mendax in ore pseudophetarum: 1. *Reg.* 22, 22. (3.) a propria cujusque concupiscentia prava; (*Jac.* 1, 13. 14. *Jud.* v. 8. *Rom.* 7, 31.) quæ Deo trahenti ponens repagula, raptur ad errorem vel a Samosateni supercilioso fastu; vel ab Arii Dialectica; vel ab Aetii ὀλυμπιαδείᾳ. Hoc enim tres fontes omnium fere hæresium eruditæ observat B. *Chemn.* p. 1. *Loc.* 2. *de Filiis p. m.* 66. a.

XXXI. *REDARGUITIO.* Ne itaque in Deum ullius mali aut erroris causam transferas; uti Florium, Manichæos, Libert nos, &c. fecisse legimus, confer quæ modo dicta, & mox sequentur 6, 35. seq. Neque cum Anabaptistis ac Donatistis ecclesiam ab omni parte puram his in terris somnies: impuris enim hæc hæreticis semper fuit turbaturque hodie. Ne tamen istos ferro gladioque tollendos promiscue censeas: quos Deus suo sibi servat judicio; atque a se exterminandos dicit: præsertim Novi Test. habitatione.

XXXII. *ADMONITIO:* In tractando Dei verbo esto sedulus; (*Pf.* 1, 2. 1. *Tim.* 4, 13.) humilitatis, *ἀνταγνησίας*, præcum, rationis captivandæ esto studiosus; sic enim non seduceris. Mysteria & eloquia Dei reverenter habe, sinceritati ac pietati stude (1. *Tim.* 4, 7.) quid loquaris diligenter

attende, (Matth. 12. 36.) sic mendax verbum non facile loqueris. Majestatem Dei punientis pondera, exempla punitorum observa, poenæ gravitatem ac æternitatem æstima, clementiam ac beneficia Dei adora; sic enim ab eodem Patre tuo nunquam punieris.

XXXIII. CORRECTIO. Ne sis φλαυτός, φιλάργυρος, calumniator, formam pietatis habens &c. (2. Tim. 3, 2. seq.) intractabilis, vaniloquus &c. (Tit. 1, 10. 1. Tim. 4, 2.) ut ne perverba loquens abducas tecum alios: (Act. 20, 30.) vel, aliis id facientibus, tu dormiendo atque os non obturando multos perire finas: (Act. 20, 31. Tit. 1, 11.) Tu vero, qui ovis es, pseudoprophetas fuge, (Matth. 7. 15.) nec cuivis spiritui crede, sed num ex Deo sit, proba: (1. Job. 4, 1.) ecce enim Christus præmonuit: (Matth. 24. 24.) neque religionis curam pastori tantum commissam crede; per Philosophiam, aliasque ne seducaris, cave; (Colos. 2. 8.) dilectionem veritatis ne repudies, alias ἐνέγειαν πλάνης Deus mittit; (2. Theff. 2, 10. 11.) ne ob pruritum aurium ipse doctores tibi coacerves, &c. (2. Tim. 4, 3.) malisve aliorum (etiamsi Petrus esset Gal. 2, 13.) exemplis moveris, [Sap. 4, 12. Syr. 19. 4.] Proinde, venenatos libros autoresque ipsos devita, [Tit. 3, 10. 11.] ito nec Ave iis dicas. (2. Job. vers. 10.)

XXXIV. CONSOLATIO. Etiamsi mendaciis omnia scateant, satanasque cum suis totus furat frematque; non tamen electos poterit decipere; (Matth. 24, 24.) Quid enim nos a charitate Christi separat? (Rom. 8, 35. seq.) numne is, qui incepit in nobis bonum opus, (tam velle, quam perficere, Pbil. 2, 13.) perficiet etiam illud? (c. 1, 6. numne Christus intercedit pro nobis? (Job. 17, 20, 21.) Quamvis itaque satan me homunculo multo sit astutior; non tamen Deo est potentior, e cuius manu me ipsius ovem eriperet, (Job. 10, 128.) Durabo igitur, gratiamque Dei implorabo; sic nisi malitiose eum rejecero, nec ipse me rejiciat; (Matth. 12, 20.)

V. PROBLEMATA.

I. An Deus malorum causa sit, & quomodo circa
eadem versetur?

XXXV. Quæ olim detractorum Romæ perversa erat ratio, ut cum viris honoratis ingenuis ac palam crimen intentare non auderent, expedirent illud noctu, famosis suis libellis ad statuam Pasquini (unde ad huc Pasquillorum nomen: *V. Topogr. Romæ Bar. Mariani p. 150. b.*) affixis: Idem fere genium cunctis quoque fuit hæreticis, ut cum manifestis verbis Deum Ter. Opt. autorem mali vocitare subter fugerent, (quod & Platonii Ethnico horrendum visum:) suis tamen voluminibns volantibus (*Zach 5, 1.*) hinc inde tales in fenerent aculeos, ut per bonam consequentiam satis ipsorum mala de Deo mens innotescere posset. Ut enim ex Absolonis sermone blando directe omnino colligebatur, eum injustitiae postulare Davidem Regem optimum, quamvis ita diserte non diceret; pater meus est causa injustitiae; ita non minus jure a Patribus arguebantur hæretici, ex phrasibus suis ac principiis, eos Deum peccati statuere autorem. Excepto enim Florino & Machinæis (qui geminum principium fingebant) nemo fuit antiquis Patrum temporibus, qui Deum peccati autorem a se statui diserte profiteretur. (*D. Weller. disp. 14. Anti Mass. p. 537.*)

Adam

XXXVI. Quod si vero altius rem repetamus, autor hujus hæreseos videtur esse primus a satana Adam, qui lapsus sui causam tacite transferebat in Deum, uxorem hanc deceptricem ipsi associantem: *Gen. 3, 12.* duratque dogma adhuc hodie, ut ad elevandam quisque suam culpam plus satis disertissimus, (fatente Livio;) puerique adhuc existentes, etiam si in facto deprehendamus, nihilominus crimen vel negemus, vel extenuemus, vel in alium transferamus.

Philoso-
phi,

XXXVII. Quid porro extra ecclesiam docuerint Philosophi de fato, fortuna, materia, influentis cœli, &c. jam non curabimus, quid enim miri, hos a Diabolo mire seductos? In ecclesia vero hanc de Deo mali autore sententiam agitatam fuisse

fuisse, etiam 200 ante Christum annis, colligit B. Chem- Ann. 200.
nitius ex Syr. 15, u. 12. item Apostolorum tempore; ex Jac. ante Chr.
1, 13.

An. Ch. 130.

XXXVIII. His mortuis, circa ann. Chr. 130 doce-
bant Valentiniani, necessitate quadam homines adigi ad Anno 150.
mala. (Iren. L. IV. c. 47. 48. &c.) Anno 150 Blastus & Florinus
supra dictus surgebant. Eodem serme tempore exortus
quoque Cerdon cum discipulo Marcione, qui duo rerum
principia, seu deos, unum bonum, alterum malum, malique
causam docuerunt (argumenta ipsorum habet B. Meisn. in Anno 170.
Anthr. dec. 1. disp. 3. qv. 4. §. 7. & alii.) Hos anno 170 exceptit
Hermogenes, qui aeternam aliquam excogitavit materiam, &
bonam & malam, ex qua mala Deus bonus non nisi vas Anno 281.
malum facere potuerit. Anno 281 dogmata haec de duobus Diis aeternaque materia conflabat servus iste cuiusdam
viduae Manes, dictus antea Cubricus; (vas inane, Chal-
daeo idiomate, Full. L. II. Misc. cap. 18.) qui postea Manichaeum,
(vas vivum, Chaldaice, aut cum duplice (n) Mannichaeum,
manna fundentem, Græce: v. Majer. L. I. Phil. fac. 2. p. 404. seq.)
se vocabat: cuius historiam prolixè describit Chemn. t. 1. Anno 370.
LL. de ea pecc. cap. 2. Eadem fere docuit Eunomius circa Anno 440.
an. 370 contra quem Basilios scripsit. Anno 440 (notan-
te Sigisberto, monacho Gemblacensi ord. S. Bened.) exorti
Prædestinati, sic dicti, quod ad malum dicebant prædesti-
natos a Deo impios, contra quos scripsit Fulgentius. Cir-
ca haec tempora collocantur etiam Messaliani, homines
a satana, etiam invitati, trahi per totam vitam statuen-
tes: (v. Hist. eccles. Pappi, per Bob. p. 836.) item Luciferiani,
qui Deum in Luciferi dejectione peccasse statue-
runt; quamvis dubitetur de hac haeresi. (idem p. 841.)

XXXIX. Superiori seculo criminis hujus Libertinos
damnavit Calvinus, Calvinum Orthodoxi: quamvis neu-
tra pars Deum peccati autorem a se statui fateatur. Quo-
modo vero dogma hoc ex absoluto damnationis decreto,
plurimorum ad damnationem ejusque causas creatione, vo-
luntatis ad mala impulsione, &c. necessario emergat; evi-
den-

D

den-

34.

33.3

31.

31.

31.

31.

denter satis a Nostratibus ipsis est demonstratum. *Conf. D. Hann. de Prov. p. 41. Menzeri Exeg. A. C. art. 19. n. 4. D. Gerb. t. 2. LL. p. 119. D. Schaffmanni libros 2. de pecc. causis Tauffrerum contr. Pisc. & Clar. Dn. D. Wellerum, Preceptorem ac Hospitem meum colendiss. disp. 14. Anti-Mass. p. 543. seq.* prolixo hoc ipsum probantes.

XL. Quamvis vero & Jesuitæ, & Photiniani nobiscum oppugnant Calvinianos, utriusque tamen, ex aliis quidem principiis, erroris hujus arguantur. Illi quidem, ut qui docent necessariam causarum secundarum in voluntariis etiam motibus, a prima dependentiam, (quod faciunt plerique ex Hispanis, ex Belgicis modernis omnes; probante hoc satis solide *Adm. Rev. & Exc. Dn. D. Hülsemanno, Praeceptore meo observ. jugiter, man. A. C. disp. 17.* quem omnino vide;) item, rebellionem carnis & spiritus naturæ a Deo esse inditam, &c. v. *B. Menzer. exeg. l. c.* Hi vero; eo quod peccata illa, quæ peccatorum poenæ sunt, juxta ipsos fiant Deo volente, Deus etiam aliquos ad alia scelera perpetrandæ compellat, &c. uti hoc ipsis demonstratur a *B. Franzio: disp. 9. A. C. contra Smale. Excell. & Admod. Rev. Dn. D. Martini, Synops. Photin. p. 71. §. 12. D. Brochmando; t. 1. LL. p. 483. &c.*

XLI. Nostra quæ hic sit sententia, proponimus verbis *Aug. Confessionis art. 19.* Tametsi Deus creat & conservat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet diaboli & impiorum, quæ, non adjuvante Deo, avertit se a Deo, sicut Christus ait *Job. 8, 44. &c.* Adeoque *κατ' ἀγορίαν* causa peccati falsa (Deus) demenda; dein *κατὰ θέσιν* causæ veræ erunt producendæ.

XLII. DEUS itaque, qui (1.) summe bonus est, omnesque ferio vult salvari, (*I. Tim. 2, 4. 2. Petr. 3, 9.*) nullo modo poterit malum culpæ sive creare, sive velle, sive præordinare; cum mala poenæ etiam infligere, opus ejus sit alienum: (*Ef. 28, 21.*) & ita salus nostra a Deo sit, ut malum tantum ex nobis (*Ost. 13, 9.*) Deus (2.) qui summe justus & sanctus peccatum gravissime odit ac punit, nulloque plane modo illud vult; (*Psal. 5, 5. 31. 7. 54, 8.*) non poterit illud

illud velle aliquo modo; (contradictoria enim hæc sunt;) sic enim commercium habebit cum Beliale, (2. Cor. 6, 14.) vel voluntatem ejus facientes (diabolum malosve dum peccando puniunt alios) non poterit punire." (Gen. 3. 14, 15. Apoc. 20, 9. 10.) Deus (3.) qui verax est, non poterit aliquem ad mala allucere, impellere, aut quoquo modo seducere, ut qui mala quævis severe prohibet, in ipso actu sæpius inhibet, post factum detestatur, serioque malos omnes ad se per pœnitentiam vocare studet. Ut itaque diabolus non est efficax in bonis ad bonum; ita nec Deus poterit in malis efficax esse ad malum. Conf. Sir. 15, 12. Jac. 1, 13. 1. Thess. 3, 5. &c. & Patres, magno numero citatos a Gerb. l.c. p. 118. D. Meissn. Anthbr. p. 100. Mylio in A.C. p. 238. 4.

XLIII. Quamvis itaque sanctus hic Deus noster ad peccatum nullo modo concurrat effecti, versatur tamen circa idem (1.) præsciendo, ut sc. mala præter opinionem Dei (liceat sic loqui) nulla accident; quippe uti nunc in tempore omnia fiunt, causæque liberæ vel in hunc, vel in illum eventum libere inclinant, & quando actu existunt, determinant; ita quoque Deus ab æterno eadem prævidit futura, ut præsentia, & actu ex propriis suis causis existentia. Ps. 139. n. 2. seq. Nos ipsi videmus jam præsentia, meminimusque futura, etiamsi hæc nostra memoria nec velit, nec approbet, nec adjuvet, ullamve iisdem rebus scitishac notitia inferat necessitatem, v. Aug. Conf. de Lib. Arb. Non enim propterea nunc necessario venit æstas, aut medicus est causa morbi; etiamsi illa futura sciatur, aut hic morbum ex causis præfigiat; sed quia ex propriis causis ecclipsis evenitura est, ideo etiam ab Astronomo ventura prævidetur. (v. Chemn. t. 1. c. 6. de C.p.)

XLIV. II. Sustentando naturam. Nisi enim ipse portaret omnia verbo suo [Ebr. 1. 3.] tam substantias, quam earum vires, actiones aut motus, [Actor. 17, 25. 28.] omnia sane in nihilum ressolverentur. Quamvis autem sustentet actionem, [ut naturalem motum in se bonum;] non tamen confert aliquid ad actionis *atægias*; quomodo locomotiva

Ioripedi quidem dat motum, non tamen causa est claudicationis, sed potius luxata ejus tibia; & quomodo terra herbæ quidem cuivis præstat suum humorem, qui tamen ab aconito in virus, ab amarantho vero in fvatem convertitur succum. Vel sicut oculus [quod simile dat Aug. L. II. de pecc. mer. c. 5.] a luce quidem adjuvatur, ut videat, non tamen ab ea juvatur, ut clausus aversusque ab ea discedat; ita quoque Deus naturam sustentans adjuvat homines, ut bona operentur; quod vero iidem avertantur ab eo per peccata, id non a Deo, sed in solidum est hominis ipsius.

XLV. (III.) *Subtrahendo gratiam*; sc. ubi homo jam malitiose subtrahere se in primo lapsu a Deo incepit, vel eidem adhuc gratiose trahenti oblitatur. Deus quippe nunquam deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur; (ait August. serm. 88. de temp.) Quod si itaque ægrotus adeo plane est intemperans, ut omnia medici remedia respuat, proculvet; anne propterea medicus erit causa mortis, si a curatione desistat? (Theophyl. in c. 1. Rom.) Sic Deus quoque cum omnia facienda fecit (Ef. V, 4.) nec tamen aliquid profecit; tunc & ipse hujusmodi hominem exponit & culpæ & poenæ; (Ef. V, 5.) tollendo materiam a vinea, non putando eam &c. conf. 1. Sam. XV, 16. cum C. XVI, 14.

XLVI. (IV.) *Dimitiendo satanam*; quem haetenus instar canis rabidi detinuerat catenis vincitum; (2. Pet. II, 4. Iste igitur ὄτηγέτης quam primum adipiscitur licentiam, non opus est, ut impellatur ad mala; sed ipsem satis paratus promptusque est, incitare hominem (antehac ad mala facilem,) vel ad mendacia; (1. Reg. XXII, 22. vel superbiam, (1. Par. 21, 1.) & quæ sunt alia. Beneque scribit Castrod. in G. j. Cant. quod non tam versutissimi sint illi hostes subtilitate spiritualis naturæ, quam doctissimi temporis longævitatem.

XLVII. (V.) *Permittendo malitiam*; non quidem instar tyranni, sceleris vel adjuvantis vel approbantis; aut instar Pfincipis otiosi, qui civium vitia nec curat, nec corrigit, nec punit; sed ubi Deus, tanquam justus paterfamilias

lias , permittit filio contumaci ac inmorigero rem suam prodige dilapidare , qui tamen prodigalitatis causa propterea non est dicenda. Neque vero lingua, manumve statim facit lapidescere , antequam scelus committatur ; sc. quia non solum coli vult Deus a creaturis cultu necessario , (uti ignis necessario ac citra delectum urit tam regis, quam rustici manum) sed etiam spontaneo , h. e. ut homo suo uti possit arbitrio , alia enim foret non homo , essetque quasi equus & mulus , qui frenis capistrisque sunt coercendi , (Ps. 32, 9.) Hinc itaque permittit Deus quandoque labi nos vel alios; ne vel extollamus , (2. Cor. 12, 7. vel aliis condolere nequeamus , vel securitate diffluamus , &c. Conf. Damasc. l. II. de O. F. c. 21. & August in Ench. ad Laur c. 1000. qui sic ait : Miro & ineffabili modo non fit præter Dei voluntatem , quod fit etiam contra ejus voluntatem ; quia non fieret , si non fineret ; nec utique nolens sinit , sed volens . Nec fineret bonus fieri male , nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene . Probe tamen discernenda voluntas permittendi a permissione mali , aliudque est velle aliquid ; aliud velle , aliquid permettere . Vult quidem Deus bonum finem , a se ex peccato elicitum , non tamen vult ipsum peccatum , sed tantum permittit . Conf. Grav. Illust. disp. 10. qu. 5. b. 12.

XLVIII. (VI.) Praesinendo metam . Quamvis enim Deus nec velit , nec adjuvet peccata ; dirigit tamen eadem quandoque aliter , quam peccator intendebat ; ut (Gen. 30, 20. seq. Ezech. 21, 19. 20. (al. 24, 25. Es. 10, §. 7. 15.) determinat etiam limites , quando & ubi impios fit repressurus . Multas quippe impiorum cogitationes , consilia , & conatus impedit , invertit , reprimit , vel propter ecclesiam , vel uti sibi ipsi exitium accersant . inquit B. Chemn. p. 1. Exam. f. m. 127. b.) conf. Es. 8, 10.

XLIX. (VII.) Eliciendo ἐξ Βασιν bonam ; E. g. Uti Christus in tempore dixit , ita Deus ab æterno previderat hanc Judæorum proterviam , illos non credituros esse Christo , nec eundem dimissuros : (Luc. 22, 67. 68.) sed potius facturos esse desideria patris sui diaboli , αὐθεωποντός ; (Job. 8,

34
33. 3.
29
31
30
31
36

44.) Hinc, quia propria hæc ipsorum perversitas, ut consilium Dei bonum erga se rejicerent; (*Luc. 7. 30. & Matth. 23. 37.* ideoque Deus hos ipatos sponte malos non impellit aut præordinat, sed concedit horam tenebrarum, *Luc. 22. 53. Act. 2. 23.*) ut pro lubitu in Messiam desævire possent. Ex hoc jam facto, in se pessimo, præviso, Deus salutarē redēptionis opus educere decrevit. (*conf. Act. 2. 23. 36. C. 4. 27. 28. & Luc. 22. 22.* ubi τὸ πορεύεσθαι a persona probe discer- nitur ratione decreti.) Adeoque quamvis Deus ex ejusmodi malis pro sua sapientia bonum eliciat; manet tamen semper ratione αἴτια: elegistis, quod ego nolui: *Ez. 65. 12.* & quamvis mala ordinare dicatur, non tamen ordinat malas voluntates, ac si ipsem fecisset: sed illas ab aliis in- ordinatas factas, ad ordinem finemque bonum reducit. [*vid. Gerb. 1. 2. LL. p. 115.*]

L. Hæc de peccati causa falsa (Deo) κατάγοτω; nunc etiam de veris κατὰ θέσιν. Illæ vero [sic præunte ratione peccatorum actualium B. Meisnero in Anthr.] sunt vel ext- ernalæ; quæ iterum aut per accidens, (ut objecta sensus moventia, *Gen. 28.*) aut per se; [perversi homines, alias consiliis, minis, exemplis &c. seducentes, 1. *Cor. 15. 33.* [2.] diabolus, verbum e corde rapiens, zizania in agro alias fertili serens, mentes excœcans, 2. *Cor. 4. 4.* phantasiam movens, pravasque cogitationes suggestens &c.) vel internæ: eæque tam inclinantes; [1. mentis ignorantia: 2. carnis infirmitas; 3. concupiscentia seu appetitus; 4. mali hab- bitus:] quam directe influens; propria cuiusque mala προ- σήπεσις, *Rom. 5. 12.* quæ elitit, quod Deus non vult, *Ez. 66. 12. Matth. 23. 37. Act. 7. 39.* & a qua sola tentamur, *Jac. 1. 14. 15.* Eleganter vero de eadem *August. L. XII. de Civ. D. C. 7.* Mala voluntas est causa operis mali, malæ autem voluntatis efficienes causam nemo querat, non enim est efficiens, sed deficiens. Causas vero deficientes velle invenire tale est, ac si quispiam velit videre tenebras, audire silentium &c.

LI. Sic itaque sane peccati causa non modo est
fen-

sentiendum, sed & loquendum, ne forte dicamus; Deum nos feduxisse, &c. *Jac.* 1, 12. & *Sir.* De quibus loquendi modis vide *Chemn.* t. 1, c. 8. de causa pecc. Illas itaque duras veterum Calvinianorum locutiones si moderni improbarent, una etiam malam mentem de absoluta multorum ad peccata eorumque pœnas prædestinatione, occulta impulsiones &c. multarent: facile nobiscum concordiam hac in parte inire possent, dicente D. *Gerhardo* l. c. p. 151 seq. Interea plures ex iis tatis commode hac de meteria loqui, non diffitemur (*ipid.* p. 105.)

LII. Nunc paucis etiam videndi sunt modi & strophae adversariorum, quibus palliare se solent, solvendi. Bene tamen monet *Philippus* in LL. de hac materia; & B. *Chemn.* hinc inde: Etsi homines acuti multa hic inextricabilia colligunt, tamen nos omissis præstigiis disputacionum, veram sententiam toto pectore amplectamur, & teneamus testimonia de ea tradita, etiam si non possumus omnes argutias, quæ opponuntur, extricare. Quæ in specie ad quemvis locum dicenda sint, docebit ipsa συζητησις.

LIII. Ante omnia, cum dictum aliquod contrareliqua clariora facere videtur, (1.) analogia fidei superius deducta erit advertenda, 2. *Petr.* 1, 23. (2.) Scriptura ex seipsa erit exponenda, v. g. *Matth.* 6, 13. ne inducas nos in temptationem explicat *Jacobus* c. 1, 13. Deus neminem tentat ad malum; proprius Paulius, 1. *Cor.* 10, 13. Deus non ést te, permettit vos tentari; &c. *Sir.* 15. II. 12. Hinc ipse *Pisc.* vol. 1. loco 18. §. 26. exponit hunc locum Matthæi: noli permittere diabolo, ut temptationibus suis nos vincat.

LIV. Quandoque (3.) verba actionem notantia intelligenda sunt permissive: (exempla vero apud *Clariss. Glasium* l. 3. *Phil.* p. 241. & 307.) Huc pertinet induratio Pharaonis, excœcacio, traditio in reprobum sensum &c. quæ Deus vel præstat efficaciter operando & afficiendo cœcitatorem, vel juste permittendo: tertium non datur. Prius nec admittunt ipsi taniores adversarii. E. posterius etiam ab ipsis non

34

33.3

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

31

nō negandum. Huc *Ez. 63, 17.* errare nos fecisti; (ubi humiliter precantes non certe Deum erroris sui causam facient, sed justam gratiæ subtractionem &c. deplorant.) *Rom. 1, 24.* (ex *Psal. 81, 13.* & *Aétor. 14, 15.* permisit.)

LV. Quædam (4.) quæ sonant effective, intelligenda sunt objective, occasione tamen non data, sed male accepta; ut *Psal. 105, 25.* immutavit cor Ægypt. sc. nimium augendo Israëlem, ex v. 24. Sic *Ez. 6, 20.* impingua cor eorum; h. e. sedula tua concio & longanimitas mea occasio erit, ut (non ego, sed) ipsi claudant oculos, ex *Matth. 13, 15.* Huc *Luc. 2, 34.*

LVI. Aliud [5.] est velle, aliud nosse, aliud non velle. Illud notat approbationem, & ex interno voluntatis principio approbationem; [si DEUS sic vellet peccata, esset injustus:] istud non est nudæ tantum aversationis, sed & conjunctæ cum conatu impediendi; [si DEUS sic nolle peccata, quæ tamen fiunt, esset impotens;] hoc negat simplicem volitionem, ubi tamen deest studium violenter impediendi. [sic fiunt peccata Deo non volente, h. e. permittente.] *Meissn. Antbr. p. 96.*

LVII. Aliud [6.] est malum culpæ *[Damasc. l. 4. de O. F. c. 20.]* nominat τὸ τῆς Φύσει πακόν; ὅπερ ἐναντίον ἐστὶ τῆς αγετῆς, καὶ τῆς τε θεοῦ θελήσεως] aliud malum pœnæ; [Dam. τὸ πέρι την ἡμετέραν διδόθησι πακόν καὶ ἐπίπονον, ut tribulaciones & ἐπαπωγάι] Sic David maledictionem Simei in pœnam agnoscit a Deo esse directam; ut culpam vero punit eandem per filium; *I. Reg. 2, 8. 9.* Sic *Job. 1. 21.* *huc Amos 3, 6.* *Ez. 45, 7.*

LVIII. Alia (7.) est voluntas absoluta, alia judicaria; vel antecedens aut consequens. Huc *Prov. 16, 4.* (omnia operatur Deus לְמַעֲנָה ad responsonem sui, (h. e. ut sibi invicem corraspondent omnia, (etiam malus ad diem mali, sc. non culpæ, sed pœnæ: hoc enim vult dies mali. Conf. Marinum in arca, tit. מִעֵנָה & Tarn. exerc. p. m. 412.) *Deut. 2, 30.* *Jos. 11, 20.* *Jud. 1. 23.* *I. Sam. 25.* כי quapropter, ut *Gen. 22, 17.* *Psal. 119, 10.* quod *2. Cor. 4, 13.* per διό redditur: ita

Buxt.

Buxt. v. Sixt. Amam Gr. Eb. p. 228. 2. Sam. 12, 10. II. ubi Deus satanæ, Davidem accusanti, dat potestatem flagellandi familiam; in qua libidinosum elatumque Absolonem a diabolo, jus talionis eligente, incitari ad libidinem, vi non impedit, sed in poenam patris dirigit, &c.) 1. Reg. 22. 23. (ubi Iudex Deus in visione deliberat de executione poenæ in refractarium, h. m. quasi persuadebit non decipiet, juste enim puniens-dus est, Achabum, ut ad locum supplicii abeat? ibi Deus satanæ, mendacii viam eligenti, permittit hanc in viros malos potentiam, ut 2. Reg. 2, 16. 17. Matth. 11, 23. (abscondit rebellantibus, Luc. 7, 30. Matth. 22, 3. & 23, 37. 1. Cor. 1, 18. seq. vel juxta alios, tantum de electione ad ministerium, non ad salutem, & Luc. 10. exponen-dus erit ille locus &c.

LIX. Aliud [8.] est malitiosa actio, aliud ejus ad bonos fines directio: *huc Es. 19, 13. c. 10, 15. Act. 4, 24. Gen. 45, 8.*

LX. Quædam [9] quæ sonant causaliter & per se, intelligenda sunt eventualiter & per accidens, ut *Luc. 2, 34. &c.*

II. An Papa Romanus in decidendis fidei controversiis errare possit?

LXI. Negativam hic nervis omnibus propugnant Assentatores Papales, ne sc. verum confessi redditibus illis splendidis honoribusque, ab hoc terreno Deo profectis, exuantur. Verum privilegia si desideres, competentoria non dabunt, quam unde Mufti Turcicus, Hierosolymæ forte agens, infallibilitatem sibi probare posset; aut ac si ex *Deut. 18, 15. 18. 19.* pseudoprophetæ hi Ezechielitici se ab errore immunes defendere vellent. Ut

34

33.3

31

31

31

29

Ut *Lut.* 22, 31. *Job.* 21, 17. ubi pro fide Petri Christus orat, curamque oviū ei committit; quod personale hoc privilegium pro alio, & quidem Papa Romano, non itidem Antiocheno, &c. an quia David sanctus, ejus quoque successores tales? an quia pro Petri penitentia Christus præcipue oravit, ne instar Judæ totaliter periret, propterea quoque h. m. pro Papis Romanis absolute & sine omni conditione orasset? (sic sane non exauditus esset, cum tot apostatae, idololatriæ, blasphemæ, crudeles, scortatores &c. inter hos extiterint, v. *Meisn. consult. cath. contra Lessum*, p. 421. seq.) Imo *Job.* 21. non major Petro ejusque successoribus confertur dignitas, quam & reliquis apostolis: *conf. Matth.* 28, 19. 2. *Cor.* 11, 28. *Gal.* 2, 6. seq. æque enim & hi sunt fundamentum ecclesiæ, quam Petrus, *Apoc.* 21, 14. Sic *Matth.* 16, 18. non Petro (mox satanæ, v. 21. seq. ter abneganti & inconstanti, *Gal.* 2, 14.) aut Papæ dari aliquod privilegium, satis jam demonstratum a Nostratisibus.

XLII. Nos itaque Papam non alio modo probamus, quam quo Moses pseudoprophetas, *Deut.* 13, 1. 4. & Christus pseudodoctores alios probari jussit, *Job.* 10, 27. & alibi; scil. an voce Christi loquantur, an Mosen doceant: &c. Exempla enim seductorem pontificum tam V. quam N. T. (quamvis hic verus nullus detur,) nimis sunt manifesta. Gloriæ sane æquius poterant summi sacerdotes V. T. de institutione divina, nihilominus Aaron, Eli, Urias, Abjathar, Johannes, fratrem in templo interficiens, (*Joseph. L.* XI. *Ant. c. 7.*) Jason, (*2. Macc.* 4.) Caiphas, aliique sat graviter tam in vita, quam doctrina enarraruunt. Quid vero tot decreta Paparum contrariantia, nisi alter erravit? quod opus porro conciliis, si solus Papa infallibilis est? Hinc cum exempla pontificum schismatico.

ticerum, hæreticorum, impiorumque tam cōpiosa
prostent, fateri coguntur hodierni quidam, non in
rebus mediis solum errare posse Papam, ut *Bellar. L. IV.*
de Pont. R. c. 4.) sed & in rebus morum, (ut continen-
tia post divertium, v. *Exc. Dn. D. Hulsemann. A.C.p.524.*)
imo & in fidei causis ut propterea Alph. a Ca-
stro *adv. her. L. I. c. 4.* se credere posse neget, aliquem
esle, adeo impudentem Papæ assentatorem, ut ei tri-
buere hoc velit, ut nec errare, nec in interpretatio-
ne sacrarum literarum hallucinari possit.

III. An prophetæ & apostoli in scribendo errare potuerint?

LXIII. Ita satis blasphemæ censem Weigeliani
cum Porphyrio, ut videre est apud Weigel. im *Gülden-*
Griff/ p. 57.

LXIV. Non solus vero Weigelius adeo fuit im-
pudens, sed socios quoque habet e Pontificiis Alb.
Pighium, Erasmus, Fevardentium &c. E Calvinia-
nis, Calvinum ipsum, Wittakerum, Bucanum: E Pho-
tinianis, Socinum &c. quos vide apud D. Waltherum,
offic. bibl. p. 12. seq.

LV. Nos contra cum Augustino ep. 19. ad Hier.
didicimus solis scripturarum libris, qui Canonici ap-
pellantur, hunc honorem deferre, ut nullum autorem
eorum in scribendo errasse aliquid firmissime creda-
mus. Amanuenses enim hi Spiritus sancti (1.) extra
ordinem a Deo vocati sunt immediate, manibus impo-
sit is, visibiliter Spiritum S. acceperunt, atque ad eru-
diendum totum orbem legati sunt, ideo ut eorum fun-
damenta superstrueremur: *Epb. 2. 20.* Hinc (2.) cum
scripserunt, a Sp. S. (qui errare nequit) acti fuerunt,
2. Pet.

34

33.3

32

31

30

29

(2. Petr. 1, 21.) ac proinde in scribendi actu errare nē-
quiverunt; alias scripta eorum non essent θεόπνευστα,
2. Tim. 3, 16. Act. 1, 16. 2. Sam. 3, 2. (3.) Sic ab hoc Sp.
S. perpetuo ductore non essent deducti in omnem ve-
ritatem: Job. 14, 16. c. 16, 13. & sic tota nostra religio,
in Scriptura fundata unice, labasceret.

LXVI. Aaronis igitur lapsum, quem objiciunt
adversarii, quod spectat, non fuit illa propheta, aut apo-
stolus ad scribendum vocatus. Nec Petri error (Gal.
2, 18.) in scriptione est admissus, sed in conversatione;
non in fide, sed in vita, aut moribus, &c. Nec 1. Cor. 3, 5.
agitur de auctoritate vel veritate in scribendo, sed de
fonte & autore fructificationis verbi &c.

Sed satis de his.

*IN TIBI, SANCTE DEUS, PER CHRISTUM
sit laus, honor & gloria!*



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn842132821/phys_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn842132821/phys_0041)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn842132821/phys_0043](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn842132821/phys_0043)

DFG





THES. IX.

nine Theologorum digni sunt, qui sub orbitibus, quibus non solum pax & tranquillitas, sed etiam praecipua doctrinæ salvificæ luntur, cum Autoribus istorum motuum vel amicitiam, aut ipsorum deliria, si non ex nrejiciunt.

THES. X.

per DEI gratiam nullus sit defectus librorum orthodoxis Theologis conscriptorum, purorum Mysticorum scripta, aut illa, quæcum orthodoxe quidem sentientibus non tamen ibus consignata, tanto studio præ aliis communisimul prodere gestiamus animum nostrum parum faventem.

THES. XI.

piam Theo'gorum de Fanaticorum Scriptis isaret, causam allegans, qvod illa non legerit, exerit, de illo parum sibi promittere potest æprimis si talia scripta passim ab auditoribus dictum Doctoris sui desiderent.

THES. XII.

eologorum contra haereticos seductores fermentum aut Magistratum in eisdem anti- atenus vel ab officiis publicis removentur vel privantur, vel exilio multantur, ferre non abunde significant, qvod Indifferentissimo atque fenestras apertas cupiant.

THES. XIII.

um hactenus Ecclesia IESU Christi per publicationem & bene ordinatas institutiones es habuit accessiones; ita postquam Collegia eteqve instituta in & per se nullam merentur commendari & frequentari coperunt, parum utili-

34

35

36